



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 121. Matthiæ Hungariæ Regis obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A.C. 1490.

perferret, eumque induceret, ut pro-
tuenda Religione arma contra Turcas
pararet: Is vero Papæ votis adeo non
concessit, ut etiam illum laceßere, at-
que affligere non desineret, atque hoc ip-
so anno Beneventi imperium, pulsus, quos
Innocentius constituerat, Magistratibus
Ecclesiæ adimeret. Facta fuerunt in-
terea ad revocandam pacem crebra inter
Imperatorem & Hungariæ Regem collo-
quia, ac demum inter eos convenit,
ut decima tertia Septembris die ad diri-
mendas lites solemnia haberentur comi-
tia, sed cum Matthias adversa valetudi-
ne afficeretur, ea ad aliud tempus pro-
tracta fuere.

§. CXXI.

*Matthiæ Hungariæ Regis
obitus.*

*Raph. Volat-
ter. Geog.
lib. 8.
Bonfin. dec. 4
lib. 8.
Tueros in reb.
Hung.
Cromer.
Krantz. &
alii.
Paul. Jov. in
elog.*

Hæc dum interea agebantur, Matthias
die sexta Aprilis, quæ erat feria ter-
tia, Anno millesimo quadringentesimo
nonagesimo Apoplexia tactus Viennæ in
Austria rebus humanis valedixit. Re-
ferunt Scriptorum nonnulli, Beatricem
ejus Conjugem de Regis morte suspi-
ctam fuisse, eo quod fucus veneno infectas,
antequam ei frigidæ potum concessisset,
vehementer sitienti præbuisset: Verum
id omnino falsum esse, non dubitamus.

Lauda-

Laudavit defunctum oratione funebri Sæcul. XV.
 Petrus Ransanus natione Siculus Luce A. C. 1490.
 riæ Episcopus, qui tum Ferdinandi Re-
 gis Neapolitani Legatus morienti adsti-
 tit, & Matthiam ob ardentissimum Reli-
 gionis Christianæ studium merito ad sy-
 dera extollendum deprædicavit: nec
 parcus in ejus laudes excurrit Bonfi-
 nius, atque, hunc Heroem literarum,
 quas Regem omnibus numeris absolu-
 tum scire oporteret, nullatenus ignarum,
 eumque bello ac pace summum fuisse
 testatur. Ferunt illum, excepta Turcica
 & Græca lingua, omnium Europæ idio-
 matum peritiam habuisse; salibus, nec-
 non ingeniosis facetiis admodum oble-
 ctatum, literas etiam, Virosque doctos
 summopere coluisse, necnon arte pictoria
 præstantissimos undique disquisivisse, ma-
 gnisque sumptibus ex tota Europa in
 quibuslibet scientiis eminentissimos ad
 aulam suam accersivisse. Idem Rex Bi-
 bliothecam in arce Budensi construxit,
 ornata, librorum selectu, ac Codicum ma-
 nu scriptorum pretio locupletissimam.
 Corpus ejus Albam regalem delatum in
 sepulchro Hungariæ Regum conditum
 est; necdum expleto quinquagesimo
 ætatis suæ anno, solidos triginta duos
 annos Regni sceptrum rotabat; conju-
 gem accepit Anno millesimo quadringen-
 tesimo quinquagesimo secundo Cathari-
 nam

Sæcul. XV. nam Georgii Podiebracii Bohemorum
A.C. 1490. Regis Filiam, qua Anno supra millesi-
 mum quadringentesimo sexagesimo quar-
 to sine liberis decedente, duodecimo ex
 post anno nuptiis secundis sibi copulavit
 Beatricem Ferdinandi I. Neapolitani Re-
 gis filiam.

§. CXXII.

*Wladislaus Bohemorum Rex in
 Hungariæ Regem salu-
 tatus.*

Isuuff. l. 1. § 2. Cum Hungariæ regnum eo tempore
 liberæ electionis esset, complures e-
Bonfin. dec. 4. l. 9. § 10. rant Principes, qui illud ambiebant, cum
 etis id sibi jure deberi contendentibus.
Crom. l. 29. Hos inter Maximilianus Romanorum
Michov. l. 4. c. 83. Rex avitam proferebat pactionem, quam
 cum Rege defuncto sanxerat eo tem-
 pore, quo Fridericus Imperator ejus Pa-
 ter Hungariæ coronam restituerat: Wla-
 dislaus vero Bohemiæ Rex id petebat
 jure quodam hæreditario ex linea Ma-
 tris suæ, cui etiam Beatrix Regina fave-
 bat. Joannes Albertus quoque ejus fra-
 ter, eoquod non parvum ex nupera
 Tartarorum cæde nomen ac nonnullo-
 rum Hungarorum suffragia adeptus esset,
 haud in finem inter Competitores locum
 sibi deberi existimabat. Pari quoque
 ardore ad hancce coronam adspirabat
 Ferdi-